Quinta vox.

tatis est in cubili suo: astitit omni vie non bo
ne: maliciam autem non odivit. Domine in celo misericordia
tua: et veritas tua usque ad nubes. Iusticia
tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus mul
ta. Homines et iumenta salvabis domine: quemad
modum multiplicasti misericordiam tuam deus. Filii autem
hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab ubertate domus tue: et tor
rente voluptatis tue potabis eos. Quoniam apud
te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lu
men. Pretende misericordiam tuam scientibus te: et iusti
ciam tuam hiis qui recto sunt corde. Non veni
at michi pes superbie: et manus peccatoris non
moveat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniqui
tatem: expulsi sunt nec potuerunt stare.

Expugna impugnantes me. Revela domino. Euouae.

Noli emulari in malignantibus: neque ze
laveris facientes iniquitatem. Quoniam 36
tamquam fenum velociter arescent: et quemadmodum
olera herbarum cito decident. Spera in domino